



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

55. An Episcopus, vt aliquem iusto titulo ordinet, possit beneficium illi
confesse immediatè ante Ordinationem, & illum statim postea ordinare?
Et quid si beneficium sit tenue trium, vel quatuor ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

dem committere videtur, ut habemus ex regulis iuris § 6. & colligitur ex l. quod, & ex l. flavia §. plane ff. de lib. hom. exhibito, nam bona aut mala intentio, quamvis faciat ad fugendum, vel patrandum peccatum, nequit tamen irritare actum externum si aliunde actus ille in iure sustinetur, quia intentio est actus occultus & internus, & ideo si actus externus non est contra iustitiam, quamvis operans intentio nem malam habeat, non potest vi talis intentionis, de matrimonio celebrando lib. 3. disp. 18. n. 9. proinde si lex Canonica statuit Episcopum illius loci in quo est beneficium in ordine ad hunc effectum promovendi, esse legitimum, & proprium, & cum unicuique liberum sit instituere beneficia Ecclesiastica, in quacumque Dioecesi, non video cur intentio illa occulta fugiendi iurisdictionem Episcopi domicilij, possit tollere iurisdictionem ab Episcopo beneficij ea intentione fundata, & illicitam reddere promotionem factam ab Episcopo beneficij, etiamsi beneficium sit nooiter institutum, aut collatum in illum finem, & quamvis intentio illa instituendi beneficium ob supradictum finem, possit esse mala ob aliquam adiunctam circumstantiam, non erit tamen mala ex hoc praesculo capite, quod ab alio Episcopo & non a proprio ordines recipiantur, nam in c. illo cum nullus non ponitur talis limitatio, sed solum requiritur ut quis beneficium canonice obtineat, ad hoc ut possit ordinari ab Episcopo loci in quo est beneficium, & ideo hanc sententiam libenter recipere, sed quia non habeo adhuc Argumentum pro illa, idcirco proximodum suspendo iudicium, usque dum melius aliorum placito dicta sententia confinmetur. Hucusque Bardi.

4. Sed in favorem sententiae amicissimi Viri addaca casum similem, An possit Episcopus ordinare illum, qui in sua Dioecesi nullum habet beneficium, si hac sola intentione illi confert.

Et littera glossa in cap. eos, ad tempor. ord. verbo signum, Francus in c. cum nullus, Riccius ref. 262. Barbol. de offic. & potest. Epis. allegat. 4. num. 47. Quaranta verbo Ordo, & alij, quos adducit & sequitur Machadus tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. docum. 4. n. 4. negatiue respondeant, eo quod haec beneficij collatio esset in fraude legis, nempe ad eximendum ordinandum a iurisdictione sui Episcopi, at frus & dolus nemini debent patrocinari. Ergo.

5. Hoc tamen non obstante affirmativam sententiam tenet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 8. quest. 19. & Martinus de San Joseph in monit. Confess. com. 1. lib. 1. tract. 4. de ordine num. 10. ubi sic ait, [Quando el Obispado de un beneficio a Clerigo de otro Obispado, solamente con fin de ordenarle, puede hazerlo assi, porque esta no es fraude puya ya tiene beneficio en su Obispado, y no pide mas el Derecho, ita Vgolinius de officio Episcopi cap. 26. §. 3. & verbo generaliter prolatas referuntur ad omnia, l. quidam ff. de tritico, vino, gloss final. C. de hered. de lat. Huculque Martinus.

6. Igitur ius solum requirit quod quis beneficium legitimè optimè obtineat, ut ratione illius ad ordines promovere possit: Nec distinguiri quo fine, aut ratione quis illud obtineat: ergo nec nos distinguere debemus. Nec quid obstat fundamentum contrarium: dicendum enim nullo modo fraudem legis facere, qui vitur iure suo, quod lege ipsa nititur; Sed haec omnia procedunt in casu nostro à Patre Bardi appositio. Ergo.

7. Sed si aliquis hic inquirat, An supradictus Episcopus in tali cau possit dispensare in Interstitiis cum ipso prouidendo; Negatiue responder Marius Antoninus l. 1. var. refol. 112. cap. 28. cum non possit iudicare de necessitate, vel utilitate Ecclesie

non suæ, & cirat Nauarrum, sed male, 8. Mihi vero magis placet opinio affirmativa, quan ex Garzia, & Barbosa tenet Bardi ubi supra, quibus ego addo Leandrum loco citato n. 20. & Martinus de San Joseph n. 7. vbi sic ait, Para adquirit domicilio de beneficio basta tener le simple, por que el cap. nullus de temporibus ordinandi n. 8. absolutamente pide beneficio sin distinguir que sea simple y de residencia, y sin distincion se ha de entender de qualquiera beneficio, & de pretio ff. de publicis in rebus, cap. solita de maiorie, & obed. & l. 1. & l. 1. proposito de lega, præstan.

9. Y qualquiera de estos beneficios de derecho al Obispo donde caen para que pueda dispensar en los intersticios al tal beneficiado, argum. legi si et res. 10. s. duobus, & ibi gloss. verbo dominium communis. Ita Martinus.

10. Nec obstat argumentum in contrarium adductum à Mario Antonino, nam ad illud respondet Bardi negando non posse fieri iudicium ab Episcopo isto de necessitate, aut utilitate alterius Ecclesie quamvis non suæ, quia vel loquitor de iudicio privato ex eo præcisè quod nequa sit eis, que pertinent ad alienam Ecclesiam, vel de iudicio sufficiens: si de primo, hoc est metu per accidens, & non non posset dispensare, non ex defectu patenti, sed ex defectu causa ignorante sufficiente iudicio præsumendum, si de secundo, quamvis Ecclesia nulla sit sua, nihilominus per accidens ratione pronovis, qui iam est effectus subditus, potest Episcopus iudicium legitimum ferti: inde est posse etiam dispensare in illegitimitate ad minores ordines, sicut potest Episcopus domicili.

RESOL. LV.

An Episcopus, ut aliquem in suo iusto ordine, possit illi beneficium conferre immediate ante ordinacionem, & illum statim posse ordinare?

Et quid, si beneficium sit temne trium, vel quatuor rerum?

Et quid est sentiendum, si beneficio temne adiungit patrimonium? Ex part. 10. art. 11. & Mise. 1. Regla.

§. 1. DE hoc Casu scipio interrogatur fuit enim Ordinandi, vel Episcopi inter se diffidere, hoc non rarius efficeret, & ad quemque ex Franco, Quaranta, Riccio, & Barbola negatiue respondet Marchinus de Sacram. Ordin. tract. part. 5. cap. 8. num. 9. Et ratio est: Primum, quia hec beneficij collatio videatur esse in fraude legis, scilicet & ratione ad eximendum illum Clericum, cui Beneficium confertur, à iurisdict. actione sui Episcopi: at frus & dolus nemini debent patrocinari. Secundum, si illud faciliter posset, fructu Tridentinum ff. 23. de Reformatione, cap. 9. definiat, Episcopum tunc solum possit aliquem alterius Dioecesis ad Ordines promovere, cum per triennium fuerit cum eo commoratus, dummodo statim Beneficium illi conferat: Nam iuste predicit sententiam, non requiretur triennialis cum dicto Episcopo commoratio.

2. Sed ego in facti contingencia affirmativa sententia adhaesi, quam tuetur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 8. quest. 19. quia ius solum requirit, quod quis Beneficium legitimè obtineat, ut ratione illius ad ordines promoveri possit: diligenter distinguiri quo fine, aut ratione illud obtineat: ergo nec nos distinguere debemus. Nec obstat fundamentum contrarium: dicendum enim, nullo modo fraudem legis facere, qui vitur iure suo, quod lege ipsa nititur. Martinius

INTON
Opera
Tom. 1.
E III

Sup. hac
quest. in
Ref. præteri-
ta, & in Ref.
seq. & in a-
liis earum
annotatione-
num.

Sup. hoc in-
fra in Ref.
95.